

www.e-rara.ch

Omnes quae extant D. Hieronymi Stridonensis lucubrationes

Hieronymus, Sophronius Eusebius

Basileae, [1536-1538]

Universitätsbibliothek Basel

Shelf Mark: FM1 II 1-6

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-62470>

Divi Hieronymi ad Paulinianum in librum Didymi de spiritu sancto praefatio

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

SO DIVI HIERONYMI AD

PAVLINIANVM IN LIBRVM DIDYMI
de spiritu sancto Præfatio.



VM in Babylone uersarer: & purpuratæ meretricis essem colonus: & iure Quiritum uiuerem: uolui garrere aliquid de spiritu sancto, & cœptum opusculum, eiusdem urbis pontifici dedicare: Et ecce olla illa quæ in Hieremia post baculum cernitur à facie Aquilonis cœpit ardere: & phariseorum conclamauit senatus, & nullus scriba uel fictus, sed omnis quasi indicto sibi prælio doctrinarum, aduersum me imperitiæ factio coniurauit. Illico ego uelut postliminio Hierosolymam sum reuersus: & post Romuli casam & ludorum lupercalia, diuersorium Mariæ & saluatoris speluncam aspexi. Itaq; mi Pauliniane frater, quia supradictus pōtifex Damasus qui me ad hoc opus primus impulerat, iam dormit in Christo: tam tuo quàm uenerabilium mihi ancillarum Christi, Paulæ & Eustochij nunc adiutus oratu: canticum quod cantare non potui in terra aliena: hic à uobis in Iudæa prouocatus immurmuro, angustiorem multo locum existimans, qui saluatorem mundi, quàm qui fratris genuit parricidam. Et ut autorem titulo fatear: malui alieni operis interpretis existere, quàm (ut quidam faciunt) informis cornicula, alienis me coloribus adornare. Legi dudum cuiusdam libellos de spiritu sancto, & iuxta Comici sententiam, ex Græcis bonis, Latina uidi non bona. Nihil ibi dialecticum, nihil uirile atq; districtum, quod lectorem uel ingratis in assensum trahat: sed totum flaccidum, molle, nitidum, atq; formosum & exquisitis hincinde odoribus pigmentatum. Didymus uero meus, oculum habens sponsæ de Cantico canticorum: & illa lumina quæ in candentes segetes sublimari Iesus præcepit, procul altius intuetur: & antiquum nobis morem reddidit, ut uidens uocetur propheta. Certe qui hunc legerit: Latinorum furta cognoscet, & contemnet riuulos, cum cœperit haurire de fontibus. Imperitus sermone est & non scientia: apostolicum uirum ex ipso sermone exprimens, tam sensuum nomine quàm simplicitate uerborum.

SO DIDYMI DE SPIRI.

TV SANCTO LIBER PRIMVS, DIVO
Hieronymo interprete.



MNIBVS quidem quæ diuina sunt, cum reuerentiâ & uehementi cura oportet intendere, maxime autem his quæ de spiritus diuinitate dicuntur: præsertim cum blasphemia in eum sine uenia sit, ita ut blasphemantis pœna tendatur nō solum in omne præsens seculum, sed etiam in futurum. Ait quippe saluator, blasphemanti in spiritum sanctum nō esse remissionem, neq; in isto seculo, neq; in futuro. Vnde magis ac magis oportet intendere: quæ scripturarum de eo relatio sit: ne in aliquem saltem per ignorantiam blasphemiae error obrepat. Expedierat quidem fideli & timido moderanti uires suas magnitudinem præsentis quæstionis silentio præterire: & rem plenam periculo, non in suum discrimen attrahere. Verum quoniam quidam temeritate potius, quàm recta uia etiam in superna eriguntur, & hæc de spiritu sancto iactitant, quæ neq; in scripturis lecta, neq; à quoquam ecclesiasticorum ueterum usurpata sunt, compulsi sumus creberrimæ adhortationi fratrum cedere, quæq; si nostra de ea opinio, etiam scripturarum testimonijs comprobare, ne imperitiæ tanti dogmatis hi qui contraria opponunt, decipiant eos qui sine discussione solliciti, in aduersariorum sententiam statim pertrahuntur. Appellatio spiritus sancti & ea quæ monstratur ex ipsa appellatione substantia: penitus ab his ignoratur qui extra sacram scripturam philosophantur. Solummodo enim in nostratibus literis, &

L notio